Disputatio medica inauguralis de melancholia hypochondriaca. ... / Praeside ... Stephani Le Moyne, ... ; publico examini subjicit Statius Joachim Hanniel.

#### **Contributors**

Le Moyne, Stephanus. Hanniel, Statius Joachim. Rijksuniversiteit te Leiden.

### **Publication/Creation**

Lugduni Batavorum, [Leiden]: Apud viduam & haeredes Johannis Elsevirii, ..., 1677.

#### **Persistent URL**

https://wellcomecollection.org/works/ckycrxq4

#### License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection 183 Euston Road London NW1 2BE UK T +44 (0)20 7611 8722 E library@wellcomecollection.org https://wellcomecollection.org

## DISPUTATIO MEDICA INAUGURALIS

DE

# Melancholia Hypochondriaca.

2 V A M, Præside Deo Opt. Max.

D. STEPHANI LE MOYNE, S.S. Theol. D. Ejufdemque Facultatis in Inclytâ Acad. Lugd. Bat. Professoris Ordinarii, Ecclesiastæ facundissimi,

NEC NON

Amplissimi Senatus Academici Consensu, & Alma Facultatis Medica Decreto,

PRO GRADU DOCTORATUS
Summisque in MEDICINA Honoribus & Privilegiis ritè ac
legitime capiendis,

Publico examini subjicis
STATIUS JOACHIM HANNIEL, Luneburgensis.

A. D. Innii, loco, horisque consuetis.



LUGDUNI BATAVORUM?

Apud Viduam & Hæredes Johannis Elsevirii,
Academiæ Typograph.

clo loc Lxxvii.



Nobilissimo, Excellentissimo, & Clarissimo V I R O,

D. GOTHOFREDO MELM, Med. & Phil. Doctori, Illustrissimi Principis Neoburgici Consiliario, Archiatro, & Inspectori Mineralium: Patrono & Fautori suo semper honorando,

Summisquein Medicina Honoribus & Privilegiis rite no

legitimé capiendis,

Publico examinissibicit STATIUS JOACHIM HANNIEL, Luneburgenia

> Adgratum animum contestandum, hanc Disputationem Inauguralem

> > Confectavit

STATIUS JOACHIM HANNIEL,

. Tolling BUNIBATAVORUM;

Academiæ Typograph.

clo loc Exxvii.

## -ige one DISPUTATION MEDICANIS lav ainois

rituum animalium per bunyosen ur lancholicos p. n. in hypochon-driis ortos, productum, subjectum; quoad morbum ipium, est cerebrum cum spiritibus, ratione vero causarum (sed late sum-ptum) sunt hypochondria, & in sitis contenta quadam viscera,

uam utilis & estimabilis sit facultas Rationalis ex ipsius depravatione satis clare elucet; Ratiocinatio enim est fingulare donum Creatoris, quá homines præ omnibus aliis animalibus sunt præditi; ab iisdemque differunt, est-

que nobilissimum ac precipuum hominis attributum, male misereque ergo se habet, cui non est Ratio salva.

# phantasiam depravant, ex qua sape etiam sequitur depravatio ra-

Caulæ mediatæ & efficientes sunt: Vapores acidi & putridi-Atur, dum nempe phantasma & in imaginatio depravatur, de tali depravatione rationis sit nostrum Thema; Antequam verò tem ipsamaggrediamur, Nomen clarius enucleabimus, mon mon

ea viscera, in quibus maxime hunder melancholicus generatur, quas Nomen hujus affectus est compositum, quia & affectum designat compositum, Melancholia enim potest esse per se & essentialiter vel per accidens & confensum, & sub hac spetie recenserur & noster affectus nempe Melancholia que vocatur Hypochondriaca, quia humor melancolicus p. n. qui est materia peccans & causa morbis, in hypochondriis continetur, meritò exinde hoc cognomen: hypochondriaca; Melancholiætribuitur, cujus affectus compoliti deficholicos generale humores, sumido dabimus, en omido dabimus, en omido dabimus, en omido dabimus en omido dab

rari potett, dum enim in illo Alduinis exsitatio, non recte pera-Melancholia Hypochondriaca : est Delirium seu depravatio imaginationis resp

tionis vel phantasiæ per intervalla afficiens, ex inquinatione Spirituum animalium per humores melancholicos p. n. in hypochondriis ortos, productum. Subjectum; quoad morbum ipsum, est cerebrum cum spiritibus, ratione vero causarum (sed late sumptum) sunt hypochondria, & in istis contenta quædam viscera, strictè vero est discernendum inter viscera hypochondriorum: principalia enim hunc humorem suppeditantia, ad cerebrum & spiritus obtenebrandos sunt: Prancreas & Lien.

IV.

Differentia in hoc morbo hæc est observanda; quod non in omni affectu hypochondriaco sit adjuncta melancholia, non semper
enim melancholia oritur è malo hypochondriaco, hoc enim se latius extendit, sæpissimè enim adsunt vitia in hypochondriis absque
tamen melancholia; accuratius ergo est perscrutandum, quo in
loco vel viscere proprie generetur humor iste melancholicus p. n.
de quo infra, ubi de loco continente, agetur.

Postquam de Nomine, Subjecto, & Differentia brevissime egimus,

& causas proponemus.

Causa nunc proxima & immediata; est: Spiritus inquinatus, phantasiam depravans, ex qua sæpe etiam sequitur depravatio rationis.

Causæ mediatæ & efficientes sunt: Vapores acidi & putridi, ex succo pancreatico nimis austero, seu melancholia p. n. in partibus hypochondriorum generata, elevati & spiritus animales persurbantes, & obtenebrantes; Per partes vero hypochondriorum non intelliguntur omnes hypochondriorum contenta; sed solum ea viscera, in quibus maxime humor melancholicus generatur, quæ putamus esse Pancreas & Lienem. Veteres quidem soli Lieni omnem adscripserunt causam in generanda melancholia p. n. ex quâ evenirent deliria melancholica, sed quia sæpissime in talibus affe-Ribus observantur ructus acidi, & vapores austeri, tum in diligentiori observatione anatomica in pancreate acidus succus est invensus; ad effervescentiam opem suam præstans, non inique infertur: istum succum, quando fit acidior aut austerior vitiosos & melancholicos generare humores quibus mala dispositio lienis adnumerari potell, dum enim in illo sanguinis exaltatio, non recte peragitur, fit ut in ejus parenchymate multi vitios cumulentur humotionis

res, qui melancholiæ causam suppeditant; Dicitur quoque in Definitione: Delirium non continuum, sed per intervalla afficiens quando enim humores isti vitiosi sunt consumpti nulli quoque dantur vapores vitiosi & consequenter nulla inquinatio spirituum & melancholia; donec novi generantur humores, & inde accidit, quod tales hypochondriaci nonnunquam inopinate absque præcedente causa manisesta in mæstitiam & mærorem incidant.

Causa Antecedens potest esse: debilis concoctio ventriculi, apertum enim, errores ex concoctione prima non facile in secunda corrigi posse, ad hujus quoque humoris generationem opem ferunt ea quæ crassum dant succum ac acidum generant humorem, his enim succus pancreaticus fit acidior quam requiritur, indeque humorem profert peccantem. Idem & accidit lieni, dum hoc viscus in rectificando Sanguine est occupatum; crudo crasso humore vel sanguine obruitur, ita ut eo debilitetur, & scopum suum in rectificatione non affequatur, sed in suo parenchymate melancholicos colligit humores ex quibus consequenter provenit pravus ac melancholicus sanguis ad inquinationem spirituum aptus. 1 200 1. allimin en sincipal manoitaniupni ba

Locum nunc generationis vel sustentationis hojus humoris putamus, esse plerumque latus sinistrum, continens lienem & intestinum, in quo succus pancreaticus effervescit vitiose cum bile ac pituita, quæ partes affectæ propriè in hoc affectu melancholico di-cuntur, plures quidem partes continent hypochondria, quæ etiam affici queunt, ut enim obstructiones in aliis visceribus adesse posfunt, sed & has absque melancholia contingere; apertum est, non autem est nostra opinio, quod hæ partes prædictæ nempe pancreas & lien solæ in melancholia hypochondriaca affectæ sint, sed & una in cæteris visceribus obstructiones adesse queunt, quibus hic morbus augeri potest; generationem vero melancholiæ, in pancreate & liene statuimus.

t cibum infirmal LIV modum excedit, non minus

Viam per quam prædicti vapores melancholiam excitantes feruntur ad cerebrum nonnulli statuunt esse cesophagum, per quem mediante ventriculo halitus ad caput tendunt, probabilius mihi vero videtur, per venas ex liene; facile enim per venam portam in cavam transire potest, una cum fanguine humor melancholicus, &

ex pancreate succus ille acidior & magis austerus in intestina ac exinde in venas lacteas ac ductum chyliferum cor ingredi, ubi uterque humor virians, sanguinem & spiritus inde generandos intur vapores vitiofi & confequencer milla inquinatio spiritusaniso melanchules dones novi geneXI ur hamores, & inde accidit,

Causis prædictis absolutis sequuntur Cause Naturales, Nonnaturales, & Praternaturales. Som of the man all the state of the

Naturales Causa sunt Temperamentum frigidum & siccum, vel humor melancholicus & dispositio hæreditaria & prona ad melanenim errores ex concoctione prima nonfacile in fecundamailods

Nonnaturales sunt: Illegitimus sex rerum nonnaturalium usus, quarum primo occurrit: Aër, qui si nebulosus, humidus ac fœtidus per inspirationem sanguinem, humores ac spiritus animales inquinat & ita inelancholiæ anfam præbetsibioses mebt mesnesoeg red

- Secundo peccat Cibus ac potus; omnis enim cibus difficilis concoctionis & pravifucci, suppeditat melancholiæ materiam, ut caro bubula, suilla, salita ac sumo indurata, omnes pisces falsi ac paludosi, similiter & aves aquatiles, ut & legumina flatus parientia, ut pisa, fabæ brassica & similia, nec non lacticinia & præsertim caseus, ac vina austera & non defecata ut & talis cerevisia est perniciosa, præsertim acida quæ sanguinem reliquosque humores vitiosos dant, & ad melancholiam disponunt. it and superintel sile auto

Tertio peccat insolitus motus & quies, quando nempe non justo tempore fiant, in omnibus enum attendendum, ne coctio depravetur, que per nimium præsertim post mensam motum facile perturbari potest, dum exinde coctio & fermentatio debilitatur, sed hoc de vehemente motu dictum, moderatus enim nullum adfert damnum. Et nimia quies ad hunc morbum viam parit, dum nempe per continuam vitam sedentariam, obstruccionibus hypochondriorum datur anfa, circulatioque sanguinis & virtus expellendi retardator; spiritus generanturtorpidi, cumulatur pituita, & sanguis redditur acidior. Quarto nocet somnus inordinatus, quando nempe statim post cibum instituitur, aur modum excedat, non minus nocent vigiliæ, si nimiæ adsunt, cor enim & cerebrum exsiccant, spiritus consumunt, & sic melancholico delirio occasionem præ-

Dent. Quinto quædam animi pathemata præsertim quæ subito ac inopinatò fiunt; hunc morbum accelerant; spiritus enim facile tur-

bant

bant ac vitiant, unaquæque enim subita alteratio, ut in irâ terrore vel mœstitia apparet, facile producit palpitationem cordis, animique perturbationem, ac sæpe inde ortam melancholiam hyeraffindinem fanguinis infomoto habent terrib impais meniburibar

Sextò peccant Excreta & Retenta, nisi justo tempore excernantur; nimia enim detentione generantur fulginosi vapores, qui exsurgunt & spiritus vitiant. Excretio quoque nimis subita, copiosa & inordinata in hoc morbo producendo non parum facit, dum corpus ea nimis exhauritur, spiritus debilitantur, ac humores acriores adhuctibera, difficilior verò ca lata; Melancolicis Senephurinbber-

morrhoides supervenientes honx sunt: Hippoer, apis 11. fedt. 6. fc. Causa demum praternaturales sunt : Intemperies frigida & sicca, humores melancholici p. n. cumulati, sæpeque morbi diuturni, viscera in hypochondrio ac humores vitiantes, unde sæpe post morbos profligatos remanet melancholia hypochondriaca, quibus merito addantur obstructiones hypochondriorum, & præseriim partium, ad melancholiam generandam facientium. funt figna, quod, qui ancea fuic. fixidus & triftis, jam fie auden &

De peractis Causis ad signa, perlustranda nos conferemus.

Quorum primo occurrunt Diagnostica, que nempe statum præsentem alicujus hoc morbo laborantis patefaciunt, & sont plerumque sequentia: Delirium absque sebre cum timore ac mœstitià, non tamen continuum, sed per intervalla recurrens, quando nempè humores melancholici funt consumpti, & ita vapores vitiosi non exoriuntur; sæpissime enim ægri satis sunt hilares; iisque, dum iterum est collecta materia peccans, de novo affliguntur; ægri sibi semper terribilia & periculosa imaginantur, metuuntque sine causa, & quia imaginatio est læsa, & spiritus sunt tenebricosi, judicium quoque depravatur, ut ita de rebus perversa judicent.

Externa sequentia habet melancholicus signa: plerumque colore est fuscus, macilentus, niger, hirsutus, taciturnus, timidus, solitudinem amans fugitque sodalitatem. Interdum quoque Diabolus se immescet melancholiæ, quod ex eo patet dum afflicti ignotis lin. guis loquuntur, & talia sape proferunt, quæ antea ignorabant, quod Cacodæmon in illis Dei permissione efficit, & ad nullam naturalem causam referri potest, quod tamen raro in melancholia per consensum, quandoque verò in melancholia per essentiam evenire solet: ratione humoris acidi ex pancreate in intestina influentis & cum bile malè effervescentis, sentiunt ægri vehementes eru-Ctationes,

Aationes, acidos vapores vel halitus flatulentos, non raro quoque in sinistro latere punctiones, pulsus est plerumque parvus, tardus vel rarus, nisi alius morbus aut passiones ipsi adjunctæ suerint, ob crassitudinem sanguinis insomnia habent terribilia & valde anxia.

XII.

Prognostica: quando hoc malum recens & nondum inveteratum, sacile sapè curatur, victus enim bonus, qui purum dat sanguinem, multum prodesse potest; melancholia enim per consensum facilius curatur, quam per essentiam. Levior quoque est morbus dum ratio adhuc libera, difficilior verò e a læsa; Melancolicis & nephriticis hæmorrhoides supervenientes bonæ sunt: Hippocr. aph. 11. sett. 6. & sequenti aphorismo: Insanis si varices vel hæmorrhoides supervenezint insaniæ sit solutio.

Si quoque diu durat melancholia per consensum, tandem in melancholiam per essentiam degenerat, dum totus sanguis vitiatur, ipsique spiritus animales ac sæpe in maniam abit quando nempe bilis vitiosa humori melancholico se admiscet: cujus mutationis sunt signa, quod, qui antea suit timidus & tristis, jam sit audax &

iracundus.

Easioner

## XIII.

Jam & signis conspectis & cura est adjicienda, cujus indicatio sit: ut intentio habeatur ad ausserendas causas, quod nempe humor melancholicus primo præparetur & tunc educatur, & si delirium sit vehemens, ad phlebotomiam est properandum, quia hoc & in omnibus deliriis salutare est remedium, multumque apud multos præstitit; Vaporibus denique discussis & humoribus præparatis & eductis, obstructiones in visceribus sunt aperiendæ, tandem cerebrum, ventriculus & alia principalia viscera sunt corroboranda, ne malum revertatur, Crassi humores attenuandi, acidi austeri temperandi & pituita viscida si simul concurrat attenuanda.

litudinem amans fugirque fod.VIX

Curatio jam ex tribus fontibus in scholis Medicorum usitatis est promenda, & ut secundum methodum medendi à lenientibus incipiendum, Clysteres primò sunt adhibendi, cavendum enim, ne fortibus purgantibus initio ante humorum præparationem, vitiosi succi magis irritentur, in quem usum sequens Clyster adhiberi potest:

disHos bile male effervelcentis, sentium agri vehementes en

Herb. quinque emoll. ana p. ij. sem. anisi, carui ana zi, s. fl. cham. p. ij. prunor. no.x. Coq. in aq. pura in colatura toj. dissolve elect. lenit. Zj. mell. ros. ziß. ol. chamomill. violar. ana zj. salis p.i. icrb, melifia, fumaria, (colonenda)

Misce fiat Enema.

Lenientibus præmissis, ad emissionem sanguinis progrediendum, quæ quandoque fieri potest in brachio, si vero patiens est assuetus sluxui hæmorrhoidum, harum apertio, ut & in obstructione menstrui fluxus, est promovenda, ex quibus optimum in melancholia dolenti accidere potest solatium, & præsertim, si simul adsit sanguinis copia. Si ventriculus pituitosis & viscosis vel aliis humoribus est gravatus, vomitorium conducet, ne isti humores ad alias partes protrudantur, & obstructiones in iis augeant, quod vomitorium ex antimonio vel alio appropriato confici queat.

Hisce peractis ad præparationem materiæ peccantis est accedendum, quæ infringentibus acido-austerum, & aperientibus perficitur, vitanda interim sunt omnia acida & crassiora, quia plerumque interna viscera pancreas, lien & mesenterium iis sunt repleta; nec non valde pituitosa, obstructionem enim augent, temperata ergo sunt usurpanda, quæ vim habent aperiendi & humectandi. Nec ad corrigendum acidum minima habeatur intentio, quia ut supra dictum, maxime iste humor peccat; diligenter ideoque sunt adhibenda ea, quæ infringunt acidum unaque aperiunt obstructiones, in quem usun sequentia præscribi possunt: Corallorum præparatorum utraque species, oculi cancrorum pp. chalybis limatura, antimonium Diaphoreticum, matres perlarum, margaritæ & omnes lapides pretiosi pp. item sales omnes volatiles magnarum sunt virium in aperiendis obstructionibus & corrigendo acido, ad quam etiam pertinent classem sequentes spiritus: ut Spiritus Salis armoniaci, spiritus tartari, cornu cervi, item tinctura corallorum martis aperitiva &c. Ex regno vegetabili sequentia prosunt; ut Herb. Cetherach. fumaria, melissa, hepatica, buglossa, borrago, endivia, chamephitis, capillus veneris, cichorium, flores quatuor cordiales, sem. 4. frigida majora & minora, cortices capparum, tamarisci, fraxini, citri; Radices quinque aperientes majores & minores, cichorii, schorzoneræ, helenii, polypodii, glycirhizæ &c. ex quibus pro rei necessitate & judicio Medici varia confici posfunt remedia; ac prout hic vel ille humor peccat, diversa inde sunt Ad præparandos humores potest esse sequens formula:

24. Herb. melissæ, sumariæ, scolopendriæ, buglossæ, chamedrios ana m. f. fl. 4. cord. ana p.j. cort. tamarif. cappar. ana zij. Rad. cichor. polypod. scortzonn. Enulæana &B. sem. carui, fæniculi, petrofel. ana zj. Conscindantur & contundantur omnia crasso modo & affundatur aq. fontan. thinj. coquatur ad consumptionem quartæ partis, colaturæ addesyrupi de cichoro, fumariæ ana 3j. Spiritus salis armon 3j. M. F. Apozema. De quo æger per diem fumat ter Ziij.

vel . Aq. cichorii, borrag. ana 3 B. tart. vitriolat. Dj. syrup. de pomis. 3B. tinctura croci 3B. Misce fiat haustus, qui per aliquot

dies hora matutina est continuandos.

## Hilcoperactis at praparatelevix materia peccantis of acce-

Non male quoque convenit, ut humores una præparentur & educantur, dum præparantia & purgantia simul adhibeantur, & hoc commode fieri potest per vinum aliquod medicatum: E.G.

Be. Herb. rorismarin. meliss. borrag. serpilli ana M. S.

Fl. 4. cordial. ana p. ij. cort. rad. hellebor. nigri. pp. cappar. ana zij. sem. anisi, fænic. ana zj. fol. senæ elect. zj. Rad. Rhabarb. opt. 3B. agaric. troch. Gialap. ana zij. cinam. 3j. limat. chalyb. 3. B. oc. canc. pp. 3ij. crem. tart. zj. Omn. conscis. & contus. dentur ad Nodulum. Cui affundantur vini albiRhenani Ibiiij.de quo æger Ziij. timonium Diaphoreireum, marres tamul anitutam srode & om-

Inter horum præparantium usum, conveniunt medicamenta, quæ respiciunt cor & cerebrum, qui confortentur & spiritus tam vitales quam animales refocillentur, in quem usum sequens Electuarium

adhiberi potest. from most item cortario instruction 24. Conser. Borrag. de carne Citri, violar. anthos. ana 38. ogeriod Spec. Diarrhod. abbat. Diatrion. santalon. ana. 38. Margarit. pp. ligni aloes. ana Dj. coral. alb. & rub. pp. ana Dj. confect. Alkerm, comp. zij. cum syrupo de pomis, fiat Electuarium, tegarur duplo folio auri, de hoc fumat æger per vices quantitatem instar castaneæ.

en quibus pro rei necessitated Vixeio Medici varia confici pos-Humores ita præparati per purgantia expelli debent, cavendum

tamen ne nimis fortia initio adhibeantur, quia iis materia nimis fortiter movetur, ac propter ambages intestinorum non tam repente ejici possunt humores vitiosi, sequitur inde ut succi vitiosi ad penitiora propellantur viscera, quo obstructiones sacile augeri possunt, quocirca leniora purgantia sunt usurpanda, quorum compositiones in Augustana pharmacopœia satis sunt conscriptæ ut. Pul. Senæ pp. Montagnanæ. pul.tartari cristallini solutivus, pulvis solutivus de tribus: ex Electuariis sequentia ut Diacatholicon; Diasenæ, confectio hamech. Diaphænicon. Lenitivum Florenzulæ; de Manna Alexandri, ex pillulis: Pill. de Tartaro Quercetani, pill, Indæ, de lapide lazuli Extract. helleb. nigri, quo vero magna consideratione est utendum & in minori dos; nunquam tamen solum sed cum aliis mixtum. Ex his præscriptis in quamlibet formam purgantia redigi queunt. In forma potionis potest esse sequens.

Fol. Senæ Elect, zij Rhabarb. opt. Rad. belleb. nigr. pp. ana 3j. Sal. tartari Hinfundantur in Aqua cichorii per noctem & post par vam ebullitionem coletur, in colatura zij dissolve Elect. Lenit. Sirup de cichorio cum Rhabarb. ana 3.B. Aqua Cinam. 31 M. F. Haustus pro una vice mane sumendus.

Cui vero magis placet forma pulveris, sequens potest fieri.

Pul. Senæ montagn. Diagrid. sulphur. gr: v1. tart.vitr ). Elzo sachari. Citri Dj. F. P. Cui forma boli arridet sumere potest sequentem. Be Elect. Lenit. 3. B. pul. Senæ montag. 3 B. Crem. tartari ji. Cum sacharo fiat bolus.

Sed plures præscribere formulas necessitas non exigit, unusquisque enim pro ægri constitutione formulas componere potest va-

Evacuato tandem humore apertisque visceribus corroborantia requiruntur, quæ primario respiciunt Cor & cerebrum, ac partes in hypochondrio sitas, sed hoc ut jam dictum non solum in fine, sed & præparantibus adjungi debent, quo citius caput & viscera ad bonum temperamentum reducantur, ad eliciendum sudorem interdum bezoartica cum antimonio diaphoretico sunt bona, diuretica vero consistunt in aperientibus & acidum plerumque corrigentibus, quorum usum in omnibus fere recommendavimus.

Ad roborandum partes affectas.

> Conservæ Flor. Anthos, borraginis, melissæ, violar. ana 3j. Margarit.pp. hyacinth.pp. ana Dj Confect. Aikerm. compl. 3j. Bustini, mei proximique Salutsud spet cordial. temperat. 3j cum sirupo citri fiat Electuarium, partitis vicibus sumendum.

vel sequens. 5 Spec: Lætisscant. Galen. Diarrhod: Abbat. ana 31. Margarit.pp. Dj. Essent. Citri, Ambræ ana Ds. ol. cinamom. citri ana gutt.ij. Sachari. žij in aquâ borrag. dissolut. & siant lege artis morselli, eodem modo usurpandi.

In constitutione calida & sicea optime convenit sequens emulsio

confortans.

sem. 4. frig. major. ana zj. amyg. dulc. zß. Aqborrag. Rofar. cichor. ana zij ex his fiat secundum artem Emulsio, cui
adde margarit. pp. Schmarag. pp. ana zß. essent. citri Spirit.
rosar. anna zj Sachari perlat. zij. julap. rosar. zß. Misce siat Emulsio, de qua ante somnum sumatur potiuncula. Tinctura corallorum
summo cum fructu in his occasionibus adhibetur, sed hisce sufficiat
& de pharmaceuticis, properamus ad sontem restantem nempe
diæteticum.

Sicuti enim in omnibus curationibus Dieta estobservanda, ita&in hoc morbo diligentissimè observari debet, omnia enim medicamenta frustra adhibentur, nisi bona observetur diæta, sedulò ergo vitentur omnes causæ, ex quibus hoc malum procedere potest, de quibus supra inter causas non naturales tractavimus, abstinendum ideo ab omnibus alimentis crassi & viscosi succi, & usurpandi sunt cibi boni succi & facilis concoctionis, ut caro gallinarum, vitulorum, agnorum & vervecum, inter pisces sunt optimi lucius, perca, trutta & omnes Saxatiles, panis sit albus, & probe coctus, potus optimus est vinum rhenanum sed tenue inter quæ eligendum est mosellanum, deficiente vero vino, bibenda est cerevisia bene co-La & probe desecata, optima vero est convenientibus herbis ut: melissa, rosmarino & similibus medicata, Acidulæin aliquibus magnum præstant commodum in aperiendis obstructionibus viscerum, idoque in hoc casu quandoque sunt adhibendæ, aut per se, aut vino diluendæ, mæstitiæ & curæ valde sunt perniciosæ, maxime ideoque sunt sugiendæ. Somnus si non sponte, per media promoveri oportet, vigiliæ enim in hoc affectu funt magni incommodi, alvus ut respondeat & sit laxa opera est danda.

Sed quia de omnibus breviter agere constitui, hæc pauca sufficiant; Deus T.O.M. qui hucusque tam praxi quam studio meo benedixit, ipse porro omnes meos labores dirigat ad sui S. nominis

gloriam, mei proximique Salutem.

CUI TRIUNO DEO SIT LAUS HONOR & GLORIA.